

Mythologia, Venise, 1567 - II, 03 : De Coelo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[07\] : Physice e Coelo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 03 : De Cœlo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 04 : De Cœlus](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 03 : De Cœlus](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 03 : De Coelo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 27/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/805>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination40v°-41v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Ciel](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

nantem, Iupiter virilia amputat, quia coniunctus temperat malitiam; & de imperio deiecit, quia se exaltat in Sat. circulo. hanc enim & picturam & interpretationem Saturni tradiderunt antiqui nonnulli, atque hoc physice & astro-nomicè summam dicta sunt: nunc quo pacto possint eadem ad humanam vitæ institutionem accomodari, vestigandum videtur. Saturnum deiecit patrem suum, & regno propter iniurias fratrum, quid aliud significat, quam iniuriarum denique vindicem esse Deum? cū nemo malus diu felix esse possit. At fuit idem Saturnus postea idem passus, quia nulla iniquitas iniquitatis est remedium: idcirco qui iniurias vlciscuntur illud videre debent, quatenus viro bono procedendum sit, atque eadem iniuria, quæ in parentes contulerimus, sunt nobis & filiis postea expectanda: cum omnes domesticis exemplis maxime incitentur. Si quis rursus post datas poenas suorum peccatorum sapiens exiterit, illud experitur denique apud omnes nationes apertum esse externæ virtutis locum, ac ubique viris bonis esse patriam, & ubique mortalium sapienti viro humanam felicitatem quantulacumque est, parere. Ac de Saturno satis, nunc de Cælo dicamus.

De Cælo. Cap. III.

Cœlus, quem alii Cœlium, alii Uranū Græco nomine appellant, Aetheris & Diei filius fuisse dicitur, ut testatur Cicero lib. 3. de natura Deorum his verbis: Quod si ita est, Cœli quoque parentes Dii sunt habendi Aether & Dies, eorumque fratres & sorores. Huius vxor Vesta fuisse dicitur, quam nihil aliud esse, quam terram, suo loco dicetur. Scriptum reliquit tamen Hesiodus Cœlum & terram natum fuisse, ut patet ex his carminibus:

*Terra sibi par stellarum Cœlum alma creauit,
Quod complectatur lato velamine totam.*

Qux mox cum Cælo nupsisset, coniunctaque fuisset insignem filiorum multitudinem illi procreauit, Cœum scilicet, Crium, Hyperionē, Iapetum, Thia, Rheam, Themis, Mnemosynen, Phœben, Tethym, Saturnū, Brontē, Steropen, Argen, Cottum, Briareum, Gyan, quos oēs commemorauit Hesiodus in Theogonia, & Apollodorus Atheniēsis i. 1. Bibliothecæ, ut dictū est superius, atque eadem terra postea & Tartari congressu Typhoeum genuit, ut ait idem Hesiodus. In hunc excitatus Saturnus natus minor ex omnibus Cœli filiis, accepta adamantina harpe a matre ob fratres victos patrem cepit, ac illi genitalia membra præcidit, & quorum sanguine Aleō, Tisiphone, & Megæra nate fuisse dicuntur. Scriptum reliquit Lactantius in libro de falsa religione, Cœlum præstulisse potentia ceteris mortalibus, atque cum Reges antiquitus pro Diis colerentur, inde accidit ut Cœlus pro æthere cultus sit; & Saturnus, ad extollendam generis claritatem, quod gloriæ splendorisque generis desiderium omnibus mortalibus in altissimo fortunæ gradu constitutis, maxime est innatum, se & cælo Deorum omnium sede, & & terra natū esse gloriabatur. Attamen, si quis recte consideret, idem nobilitatis genus & ranis, & muscis, & ceteris animalibus compluribus natura abunde largita est, quod ex æthere siue calore siderum, & ex terra per imbres multa huiusmodi semina concipit & producit, ut est in iis carminibus;

Tum

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther
Comagus in gremium lætæ descendit; & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore sortus.

Neque plura his fabulati sunt antiqui de Cælo. Quod Aetheris ac Diei filius fuerit, videtur nihil aliud significare, nisi naturæ ordinem in coelestibus corporibus collocandis: quæ puriora sunt enim, cæteris superiora sunt, & in sublimiore loco: quare in coordinandis iis corporibus cum à cæteris secessisset, dictus est natus ex Aethere & Die ob inferiorum siderum lumen. alii è terra natum dicunt, qui mûdum ab opifice Deo fabrefactum putarunt, ex informi materia. Veruntamen idem cælum pars est ætheris, acque æthere fuit appellatus, ut testatur carmen illud Pacuvii apud Ciceronem in secundo libro de Natura Deorum;

Hoc, quod memoro, nostri cælum, Græci perhibent æthera.
Sic Orpheus in hymnis nihil aliud esse cælum existimat, nisi hunc æthera, qui constat ex altissimis illis ignibus, ut patet ex hoc;

Ἰσταν, πρῶτον τὰς ἀστὲρας γίγνεται αἰὲρ ὁ κόσμος.
Omnipotens Cælum, pars & sanctissima mundi
Perpetua.

Vocatum est cælum, quia concanum sit, quod *καὶ* significat apud Græcos. Quod autem exectus fuerit à Saturno filio, in neminem adhuc incidi, qui satis probabilem causam attulerit. nam ridicula est illa, quam assert Cicero in secundo de Natura Deorum hoc pacto; Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit, cælum exectum à Saturno filio, vincum Saturnum ipsum à filio Ioue: Phytica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas: Cælestem enim altissimam æthereamque naturam: idest igneam, quæ per se omnia gigneret vacare voluerunt ea parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret ad procreandum. Hoc si ita sit, cur aliquo tempore eas partes habuerit æther declarandum fuit: aut si Saturnus pro tempore intelligatur, quod saturetur annis, cum dicantur omnia è tempore nasci, & rursus ab eodè labefactari ac destrui, cur idem fuit exectus à Ioue filio? nunquid nihil aliud ab eunuchio tempore nasceretur? Aut nulla igitur vera est, & quæ seuari possit, harum rerum interpretatio; aut hæc ad mundi procreationem, ut dicebam, respicit; quæ partim ab historiis, partim ab impostorum nominum natura sumpsit originem. Exectus fuit igitur Cælus, ut ego quidem sentio, quia unus sit æther, unumque cælum, neque vllum tempus patieretur posse alium æthera aut aliud cælum procreari, cum ex vniuersa constet materia. Nam cum unus sit mundus, ac non plures, cum neque esse possent, merito dicunt cælum exectum à filio, quia sibi simile quidpiam tempus non sine procreari. Vnum est igitur cælum, & vñ tempus, quod nascitur ex illius motu; ambo execti, quia non plures esse possint: unde hausta fuit peripateticorum disciplina. Cæli res gestæ nullæ ad nostræ ætatis memoriam perueniunt, quare facile adducor ut putem ob prudentiam probitatemque hominis principatum ad ipsum fuisse delatum: vñ de illo apud varios scriptores inuenio multorum testimonio comprobatum, quod mortuus est in Oceania (nam Creta, ut opinor ita vocabatur.) in oppidoque Aularia fuit sepultus: ut ait Lactantius. Nec me præterit nonnullos fuisse, qui cælum intellexerint animam esse supremi & stellati cæli, quam modo Deum, modo Dei ipsius fecunditatem putarunt. Atque cum Iouem beneficam voluntatem

L tem

Mythologia.

rem Dei omnibus providentem existimarent, aiebant eum executum Saturnum, hoc est ad Dei mentem pervenire: mox Saturnus execat Caelum, quia mens ipsa plurima extorquet a Dei optimi fecunditate, a quo, ea quae proveniunt, non integra & perfecta sunt, ut in Deo: sed a Jove ligata & angustioribus naturae limitibus accipientis visio coarctata. Quae ad mortem attinent, similia propè sunt atque in Saturno. nunc de Iunone dicatur.

De Iunone.

Cap. IIII.

- 10 **C**um de Saturno verba faceremus superius, inter ceteros Saturni filios Iunonem etiam commemoravimus: nam duas tantum feminas è Saturno natas fuisse accepimus, Glancam scilicet & Iunonem. Erat id for-
 dus Saturno cum Titano, ut dictum est, ut mares omnes, siqui nascerentur, è Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-
 piter, ut diximus, clam per Corybates in Cretam deportatur, at Iuno, ut quae sola eodem partu nata sit, Saturno oblata, quod facile creditum fuit. At enim de loco ubi nata fuit Iuno ambigitur, quod ab aliis scriptoribus in alio loco nata esse dicatur. Strabo libro nono scriptum reliquit Iunonem Argis na-
 20 tam esse, quod videtur significasse Homerus lib. 4. Iliadis hoc versu;

Ἰὼν δὲ γένετο, καὶ Ἀλκίμενη Μινέρω.

Iunoque Argina, atque Alalcomenia Minerva.

Quam tamen Samiam Iunonem esse scribit Pausanias in Achaëis, cum Sa-
 mii Iunonem apud senatam esse dixerint apud Imbrasilunum sub qua-
 dam vitice. Atqui ut eadem in utroque loco nata sit, fieri non potest: commu-
 nior tamen sententia est quod in Samo sit edita, cui sententiae & Apollonius
 accedit, ut scripsit in primo Argonauticorum his verbis;

Ἰὼν Ἰμβρίων, ὅτε ἔπει

Παρθένῳ ἔργον ἐκρίβει.

At hic Imbrasilunonis sede relicta

- 30 **P**artheniae praestans Ancus.

Nam cum Samus antea ita vocaretur, dicta fuit postea Parthenia, quia Iuno
 virgo in illa sit educata; ut scripsit Callimachus in libro *ἑρμίου καὶ ἰωνίου* hoc est de conditis & habitatis insulis, & civitatibus,
 & de illarum nominibus: quam rem explicavit etiam Apollonius Rhodius nar-
 rator in librum primum. Huius nutrices dicatur fuisse Eubria, & Porlymna,
 & Actra Aetherionis fluvii filiae, ut memoriae prodidit Pausanias in Corin-
 thiis. Atque Olen poetam perantiquum carmina quaedam in honorem
 Iunonis composuisse accepimus, in quibus scriptum erat, Iunonem ab Ho-
 40 ris fuisse educatam. Idem Pausanias in Arcadica Iunonem a Temeno edu-
 catam scribit; cuius etiam nutrices fuisse oceanitides inquit Ovidius libro
 secundo Metamorphos.

At vos, si laesae tangit contemptus alumer:

Gurgite cetuleo septem prohibere triones.

Nec defuerunt qui ab Oceano & a Tethye nutritam fuisse dixerint, quorum
 sententiam secutus est Homerus lib. 1. Iliadis, ubi inquit;

ἦν δὲ τῶν ἰσθμίων ἑρμῶν καὶ τῶν ἰωνίων

ἐκτρέφετο τῶν ὀκεανίδων, καὶ τῶν τῆθιδων.